

40* Ritus celebrandi Missam.

tui Domini nostri Iesu Christi, et inclinans caput Crucis, extergit; si opus fuerit, pollices et indices super Corporale, et dicit secreto ut prius: *Qui pridie quam pateretur*: et accipiens pollice et indice dexterar manu Hostiam, et eam cum illis, ac indice et pollice sinistræ manus tenens, stans erectus ante medium Altaris, dicit: *accépit panem in sanctas ac venerabiles manus suas*, elevansque ad cælum oculos, et statim demittens, dicit: *et elevatis oculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipotentem*, caputque aliquantulum inclinans, dicit: *tibi grātias agens*: et tenuis Hostiam inter pollicem et indicem sinistræ manus, dextera producit signum Crucis super eam, dicens: *bene dixit frēgit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite et manducate ex hoc omnes*.

5. Si adsis vas cum aliis Hostiis consecrandis, antequam accipiat Hostiam, discooperit manu dextera Calicem, seu vas aliarum Hostiarum. Cum autem finierit supradicta verba, cubitis super Altare positis, stans capite inclinato, distinete, reverenter, et secreto profert verba consecrationis super Hostiam, et simul super omnes, si plures sint consecrandæ, et Hostiam suam pollicibus et indicibus tantum tenens, dicit: *Hoc est enim corpus meum. Quibus prolatis, Celebrantes tenens Hostiam inter pollices, et indices prædictos super Altare, reliquis manuum digitis extensis, et simul junciti* (et Hostiis, si plures sint Consecrate, in loco, in quo a principio Missæ posita sunt, super Corporale, vel in alio vase, aut Calice, demissis) *genuflexus eam adorat. Tunc se erigens, quantum commode potest, elevat in altum Hostiam, et intentis in eam oculis (quod et in elevatione Calicis facit) populo reverenter ostendit adorandam: et mox sola manu dextera ipsam reverenter reponit super Corporale in eodem loco unde eam levavit, et deinceps pollices et indices non disjungit, nisi quando Hostiam consecrata tangere vel tractare debet, usque ad ablutionem digitorum post Communione*.

6. Deposita Hostia consecrata super Corporale, genuflexus ipsam veneratur: si adsis vas aliarum

Ritus celebrandi Missam.

41*

Hostiarum, Patena vel palla cooperit, ut supra. Interim dum Celebrans elevat Hostiam, accenso prius intortio, (quod non existinguatur nisi postquam Sacerdos Sanguinem sumperit, vel alios communicaverit, si qui erunt communicandi in Missa) minister manu sinistra elevat fimbrias posteriores. Planetæ, ne ipsum Celebrantem impeditat in elevatione brachiorum, quod et facit in elevatione Calicis: et manu dextera pulsat campanulam ter ad unamquamque elevationem, vel continuante quousque Sacerdos deponat Hostiam super Corporale, et similiter postmodum ad elevationem Calicis.

7. Celebrans, adorato Sacramento, surgit, et discooperit Calicem, in quem, si opus sit, extergit digitos, quod semper faciat, si aliquod fragmentum digitis adhærebat; et stans erectus dicit: *Stmili modo postquam canūtum est, et ambabus manibus accipiens Calicem juxta nodum infra cuppam, et aliquantum illum elevans, ac statim deponens, dicit: accipiens et hunc preclerorum Calicem in sanctas ac venerabiles manus suas*, etc. Cum dicit: *item tibi grātias agens, caput inclinat*; cum dicit: *benedixit*, sinistra Calicem infra cuppam tenens, dextera signat super eum; et prosequens: *deditque discipulis suis*, etc. et ambabus manibus tenens Calicem, videlicet sinistra pedem, dextera nodum infra cuppam, cubitis super Altare positis, et capite inclinato, profert attente, continuante, et secreto, ut supra, verba consecrationis Sanguinis: *Hic est enim Calix etc.* Quibus dictis, reponit Calicem super Corporale, dicens secreto: *Hec quotiescumque feceritis etc.* genuflexus Sanguinem reverenter adorat. Tum se erigit, et accipiens Calicem discoupertum cum Sanguine ambabus manibus, ut prius, elevat eum, et erectum, quantum commode potest, ostendit populo adorandum, mox ipsum reverenter reponit super Corporale in locum pristinum, et manu dextera palla cooperit, ac genuflexus Sacramentum veneratur.

8. In Missa solemni ad finem Praefationis accenduntur duo saltem intortio ab Acolythis, quæ extinguntur post elevationem Calicis, nisi aliqui

sint communicandi, et tunc extinguuntur post Communionem. In diebus etiam jejuniorum, et in Missis pro Defunctis tenentur accensa usque ad Communionem. Cum autem Celebrans dicit : *Quam oblationem etc.*, Diaconus accedit ad ejus dexteram, et ibi in superiori gradu Altaris genuflexus, cum Sacramentum elevatur, fimbrias Planetae elevat, et quando opus est, se erigens, Calicemdiscoverit, et cooperit, et cum Celebrante genuflexit. Subdiaconus genuflexit in loco suo. Thuriferarius genuflexus in cornu Epistolæ ter incensat Hostiam, cum elevatur, et similiter Calicem, posito incenso in thuribulo absque benedictione. Repository Calice, Diaconus reddit ad librum, nisi alius assistat. Ceteri surgunt et stant in locis suis.

IX. DE CANONE POST CONSECRATIONEM USQUE AD ORATIONEM DOMINICAM.

I. **B**eposito Calice, et adorato, Sacerdos stans ante Altare, extensis manibus ante pectus, dicit secreto : *Unde et mémores*, etc. Cum dicit : *de tuis donis, ac datis, jungit manus ante pectus*, et cum dicit : *Hostiam + puram, Hostiam + sanctam, Hostiam + immaculatam*, manu sinistra posita super Altare intra Corporale, dextera signat ter communiter super Hostiam et Calicem, et semel super Hostiam tantum, et semel super Calicem tantum, dicens : *Panem + sanctum vitæ æternæ, et Calicem + salutis perpetuæ*; deinde stans ut prius, extensis manibus, prosecutus : *Supra quæ propitiò*, etc. Cum dicit : *Sæpplices te rogamus etc.*, inclinat se ante medium Altaris, manibus junctis super illo positis. Cum dicit : *ex hac Altaris participatione, osculatur Altare, manibus hinc inde super Corporale positis*. Cum dicit : *sacrosanctum Filii tui*, jungit manus : dextera signata semel super Hostiam tantum, et semel super Calicem, sinistra super Corporale posita, dicit : *Cor + pus, et Sáncti + guinem sumpserimus*, et cum dicit : *omni benedictione + celesti*, seipsum signat a fronte ad pectus signo Crucis, sinistra posita infra pectus, et prosequitur : *et grátia repéndimur*. Cum dicit : *Per eundem*, jungit manus.

2. Cum dicit : *Mémento, Dómine, famulórum famularúmque tuárum etc.*, extensis, et junctis manibus ante pectus, et usque ad faciem elevatis, et intentis oculis ad Sacramentum super Altare, facit commemorationem fideliū Defunctorum, de quibus sibi videtur, eodem modo, ut dictum est de commemoratione Vivorum. Qua commemoratione facta, stans ut prius extensis manibus prosecutus : *Ipsis, Dómine, et omnibus in Christo etc.*, et in fine ad *Per eundem*, jungit manus, et caput inclinatus.

3. Cum dicit : *Nobis quoque peccatóribus, vocem aliquantulum elevat, et dextera manu pectus sibi percutit, sinistra posita super Corporale, et prosecutus secreto : famulis tuis etc.* stans manibus extensis, ut prius. Cum dicit : *Per Christum Domum nostrum. Per quem hac omnia, Dñe, semper bona creas*, jungit manus ante pectus : deinde manu dextera ter signans communiter super Hostiam, et Calicem, dicit : *sanceti + ficas, vivi + ficas, bene + dcis, et prestas nobis*. Postea discoverit manu dextera Calicem, et genuflexus Sacramentum adorat : tum se erigit, et reverenter adorat Hostiam inter pollicem, et indicem dexterarum manus, et cum ea super Calicem, quem manu sinistra tenet circa nodum infra cuppam, signat a labio ad labium dicens : *Per ipsum, et cum + ipso, et in + ipso*. Et similiter cum Hostia signata bis inter Calicem, et pectus incipiens a labio Calicis, et dicit : *est tibi Deo Pa + tri omnipotenti, in unitate Spiritus + sancti*. Deinde tenens manu dextera Hostiam super Calicem, sinistra Calicem, elevat eum aliquantulum simul cum Hostia, dicens : *Omnis honor, et gloria, et statim utrumque deponens, Hostiam collocat super Corporale, et si opus sit, digitos extergit, ut supra; ac pollices, et indices ut prius jungens, Calicem palla cooperit, et genuflexus Sacramentum adorat*.

4. In Missa solemni cum Celebrans dicit : *Per quem hac omnia etc.*, Diaconus facta Sacramento genuflexione, accedit ad dexteram Celebrantis, et quando opus est, discoverit Calicem, et cum Celebrante adorat, similiter cooperit, et iterum genuflexit. Cum incipit : *Pater noster*, idem vadit retro

44* Ritus celebrandi Missam.

post Celebrantem, facta prius Sacramento genuflexione, ubi stat dum dicitur Oratio Dominica.

X. DE ORATIONE DOMINICA, ET ALIS
USQUE AD FACTAM COMMUNIONEM.

1. C^rebrans, cooperato Calice, adoratoque Sacramento, erigit se; et manibus extensis hinc inde super Altare intra Corporale positis, dicit intelligibili voce : *Per omnia sacerdota seculorum, et cum dicit : Orémus, jungit manus, caput Sacramento inclinans. Cum incipit : Pater noster, extendit manus, et stans oculis ad Sacramentum intentis, prosequitur usque ad finem. Responso a ministro : Sed libera nos a malo, et a Celebrante, submissa voce : Amen, manu dextera, pollice, et indice non disjunctis, Patenam aliquantulum purificatorio extergens, eam accipit inter indicem et medium, digitos; quam tenens super Altare eréat, sinistra super Corporale posita, dicit secreto : Libera nos quasunus, etc.*

2. Antequam Celebrans dicat : *Da propitiis pacem*, elevat manu dextera Patenam de Altari, et seipsum cum ea signat signo Crucis, dicens : *Da propitiis pacem in diëbus nostris*. Cum signat se, manum sinistram ponit infra pectus; deinde Patenam ipsam osculatur, et prosequens : *ut ope misericordiae tue* etc., submittit Patenam Hostie, quam indice sinistro accommodat super Patenam, discoperit Calicem, et genuflexus Sacramentum adorat; tum se ergens, accipit Hostiam inter pollicem et indicem dexteræ manus, et cum illis, ac pollice et indice sinistriæ manus eam super Calicem tenens, reverenter frangit per medium, dicens : *Per eandem Dóminum nostrum Jésum Christum Fílium tuum, et median partem, quam inter pollicem et indicem dexteræ manus tenet, ponit super Patenam, de alia media, quam sinistra manu tenet, frangit cum pollice et indice dexteræ manus particulam, prosequens : Qui tecum vivit et regnat etc., et eam inter ipsos dexteræ manus pollicem et indicem retinens, partem maiorem, quam sinistra tenet, adjungit media super Patenam positæ, interim dicens : in unitate Spíritus sancti Deus; et particulam Hostie, quam in*

Ritus celebrandi Missam. 45*

dextera, manu retinuit, tenens super Calicem, quem sinistra per nodum infra cuppam retinet, intelligibili voce dicit : *Per omnia sacerdota seculorum, R. Amer;* et cum ipsa particula signans ter a labio ad labium Calicis, dicit : *Pax Dómini sit semper vobiscum*. Responso per ministrum : *Et cum spíitu tuo*, particulam, quam dextera manu tenet, immittit in Calicem dicens secreto : *Hæc commixtio, et consecratio Corporis* etc. Deinde pollices et indices super Calicem aliquantulum tergit, et jungit, Calicem palla cooperit, et genuflexus Sacramentum adorat, surgit, et stans junctis manibus ante pectus, capite inclinato versus Sacramentum, dicit intelligibili voce : *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi*, et dextera percussionsi sibi pectus, sinistra super Corporale posita, dicit : *miserere nobis*, et deinde non jungit manus, sed iterum percutit sibi pectus, cum dicit secundo : *miserere nobis*, quod et tertio facit, cum dicit : *dona nobis pacem*.

3. Tunc manibus junctis supra Altare positis, oculisque ad Sacramentum intentis, inclinatus dicit secreto : *Dómine Jésu Christe*, etc. Qua Oratione finita, si est daturus pacem, osculatur Altare in medio, et instrumentum pacis ei porreatum a ministro juxta ipsum ad dexteram, hoc est, in cornu Epistolæ, genuflexo, et dicit : *Pax tecum*. Minister respondet : *Et cum spíitu tuo*. Si non adsit qui hujusmodi instrumento pacem recipiat a Celebrante, pax non datur, etiamsi illius datio Missæ conveniat; nec osculatur Altare, sed dicta præmissa Oratione, statim subjungit alias Orationes ut in Ordine Misse.

4. Si vero Celebret pro Defunctis, non percutit pectus ad *Agnus Dei*, quia dicit : *dona eis réquiem*, nec dicit primam Orationem : *Dómine Jésu Christe, qui dixisti Apóstolis tuis*, etc., non dat pacem, sed dicit alias duas sequentes Orationes : *Dómine Jésu Christe, Fili Dei vivi* etc., et : *Perceptio Corporis tui* etc. Quibus Orationibus dicit, genuflexens Sacramentum adorat, et se ergens dicit secreto : *Panem célestem accipiam*, etc. quo dicto, dextera manu accipit de Patena reverenter ambas partes Hostiæ, et collocat inter

46* Ritus celebrandi Missam.

pollicem et indicem sinistram manus, quibus Patenam inter eundem indicem et medium digitos supponit, et eadem manu sinistra tenens partes hujusmodi super Patenam inter pectus et Calicem, parum inclinatus, dextera tribus vicibus percutit pectus suum, interim etiam tribus vicibus dicens vocem aliquantulum elevata: *Dómine non sum dignus: et secreto prosequitur: ut intres etc.* Quibus tertio dictis, ex sinistra accipit ambas partes praedictas Hostias inter pollicem et indicem dexteram manus, et cum illa supra Patenam signat seipsum signo Crucis, ita tamen, ut Hostia non egrediatur limites Patenæ, dicens: *Corpus Dómini nostri Iesu Christi custodiát animam meam in vitam æternam. Amen*: et se inclinans, cubitis super Altare positis, reverenter easdem ambas partes sumit: quibus sumptis, deponit Patenam super Corporale, et erigens se, iunctis indicibus et pollicibus, ambas quoque manus ante faciem jungit, et aliquantulum quiescit in meditatione sanctissimi Sacramenti. Deinde depositis manibus dicit secreto: *Quid retríbuam Dómino pro omnibus qua retríbuit mihi?* et interim discopert Calicem, genuflectit, surgit, accipit Patenam, inspicit Corporale, colligit fragmenta cum Patena, si quæ sim in eo, Patenam quoque diligenter cum pollice et indice dexteram manus super Calicem extergit, et ipsos digitos, ne quid fragmentorum in eis remaneat.

5. Si vero adsistit Hostiae consecratae super Corporale posite pro alio tempore conservanda, facta prius genuflexione, reponit eas in vas ad hoc ordinatum, et diligenter advertit, ne aliquod fragmentum, quantumcumque minimum, remaneat super Corporale; quod si fuerit, accurate reponit in Calicem. Post extorsionem Patenæ, iunctis pollicibus et indicibus, Calicem dextera manu infra nodum cuppas accipit, sinistra Patenam, dicens: *Calicem salutaris etc.*, et signans se signo Crucis cum Calice, dicit: *Sanguis Dómini nostri etc.*, et manu sinistra supponens Patenam Calici, stans reverenter sumit totum Sanguinem cum particula in Calice posita. Quibus sumptis dicit secreto: *Quod ore súmpsimus etc.*, et super Altare porrigit

Ritus celebrandi Missam.

47*

Calicem ministro in cornu Epistolæ, quo vinum fundente, se purificat: deinde vino et aqua abiliut pollices et indices super Calicem, quos abstergit purificatorio, interim dicens: *Corpus tuum, Dómine, quod sumpsi, etc.* Ablutionem sumit, et exterget os et Calicem purificatorio: quo facto, purificatorium extendit super Calicem, et desuper Patenam, ac super Patenam parvam pallam; et platico Corporali, quod reponit in bursam, cooperit Calicem velo, et bursam desuper ponit, et collocat in medio Altaris, ut in principio Missæ.

6. Si qui sunt communicandi in Missa, Sacerdos post sumptionem Sanguinis, antequam se purificet, facta genuflexione ponat particulas consecratas in pyxide, vel, si pauci sint communicandi, super Patenam, nisi a principio positi fuerint in pyxide, seu alio Calice. Interim minister ante eos extendit linteum, seu velum album, et pro eis facit Confessionem, dicens: *Confiteor Deo etc.* Tum Sacerdos iterum genuflectit, et manibus junctis vertens se ad populum in cornu Evangelii, dicit: *Miseratur vestri, et indulgentiam, absolutionem, et remissionem peccatorum vestrorum etc.*, et manu dexteram facit signum Crucis super eos. Postea genuflectens, accipit manu sinistra pyxidem seu Patenam cum Sacramento, dextera vero sumit unam particulam, quam inter pollicem, et indicem tenet aliquantulum elevatam super pyxidem, seu Patenam, et conversus ad communicandos in medio Altaris dicit: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Deinde dicit: *Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sandabitur anima mea.* Quibus verbis tertio repetitis, accedit ad eorum dexteram, hoc est, ad latus Epistolæ, et unicuique porrigit Sacramentum, faciens cum eo signum Crucis super pyxidem, vel Patenam, et simul dicens: *Corpus Dómini nostri Iesu Christi custodiát animam tuam in vitam æternam. Amen.* Omnibus communicatis revertitur ad Altare, nihil dicens: et non dat eis benedictionem, quia illam daturus est in fine Missæ. Si particulae posite erant super Corporale, extergit illud cum Patena, et si quæ in eo fuerint fragmenta, in Ca-

48* Ritus celebrandi Missam.

licem immittit. Deinde dicit secreto : *Quod ore simpsonius, Dómine etc., et se purificat, dicens : Corpus tuum, Dómine, quod sumpsi etc., et alia facit ut supra. Minister autem dextera manu tenens vas cum vino et aqua, sinistra vero mapplam, aliquanto post Sacerdotem eis porrigit purificationem, et mappulam ad os abstergendum.*

7. Si in Altari remaneant particulae in Calice, seu in alio vase usque ad finem Missæ, serventur ea, quæ in Feria quinta Cœna Domini præscribuntur circa finem Missæ.

8. In Missa solemni Diaconus stans retro post Celebrantem, cum in Oratione Dominicâ dicitur : *Et dimittite nobis débita nostra, facta ibidem genuflexione vadit ad dexteram Celebrantis, et Subdiaconus circa finem Orationis Dominicæ, facta itidem genuflexione revertitur ad Altare, et stans in cornu Epistola porrigit Patenam Diacono, qui eam discoperit, et purificatorio abstergens dat Celebranti, illius manum osculando, et quando opus est, discoperit, et cooperit Calicem, et cum Celebrante adorat. Subdiaconus reddit Patenam, et deposito velo, quod ab humeris ejus pendebat, genuflectit, et descendit retro post Celebrantem, et cum dicitur : *Pax Dómini*, iterum genuflectens accedit ad sinistram Celebrantis, et simul dicunt : *Agnus Dei*; deinde facta ibidem Sacramento genuflexione, redit post Celebrantem. Diaconus vero a dexteris genuflexus exspectat pacem : et cum Celebrans osculatur Altare, ipse se erigens simul osculatur illud extra Corporale, et a Celebrante dicente : *Pax tecum*, complexus accipit pacem, sinistris genis sibi invicem appropinquatibus, et ei respondet : *Et cum spíitu tuo*. Postea iterum Sacramento in Altari adorato, vertit se ad Subdiaconum retro post Celebrantem, et similiter dat ei pacem. Subdiaconus accepta pace a Diacono, et facta Altari genuflexione, comitatus ab Acolyto vadit ad Chorum, et dat pacem primo cuiusque ordinis, dignioribus prius, deinde minus dignis, et reversus ad Altare, facta genuflexione dat pacem Acolytho, qui ipsum comitaverat, qui et aliis Acolythis circa Altare dat pacem : deinde Subdiaconus vadit ad dexteram Celebrantis, et*

Ritus celebrandi Missam.

49*

quando opus est, discoperit Calicem, accipit amphoram vini, et infundit quando Celebrans vult purificare. Diaconus post datam pacem Subdiacono vadit ad librum : et dum Celebrans se communica, stant ipse, et Subdiaconus profunde inclinati versus Altare.

9. In Missa Pontificali, Assistens accipit, et deferit pacem, ut in Cæremoniali habetur. Si in Missa solemni fiat Communio, omnia serventur ut supra, sed prius communicet Diaconum, et Subdiaconum, deinde alios per ordinem; et Diaconus purificationem eis ministret. Interim a Choro cantatur Antiphona, quæ dicitur *Communio*.

XI. DE COMMUNIONE, ET ORATIONIBUS POST COMMUNIONEM DICENDIS.

1. C^{elebrans} purificato, dum Calicem collat in Altari, liber Missalis defertur per ministrium ad cornu Epistola, et collocatur, ut in Introitu. Ipse autem minister genuflectit juxta cornu Evangelii, ut in principio Missæ. Deinde Celebrans stans junctis manibus legit Antiphonam, quæ dicitur *Communio*; qua lecta, junctis itidem manibus ante pectus vadit ad medium Altaris, et eo osculato vertit se ad populum a manu sinistra ad dexteram, et dicit : *Dóminus vobiscum*, et per eamdem viam redit ad librum, dicit *Orationes post Communione*, eisdem modo, numero, et ordine, ut supra dictæ sunt Collectæ. Quibus finitis, claudit librum, et jungens manus ante pectus, revertitur ad medium Altaris, ubi eo osculato vertit se ad populum, et dicit ut supra : *Dóminus vobiscum*: quo dicto, stans junctis manibus ante pectus versus populum, dicit, si dicendum est : *Ite Missa est*, et per eamdem viam revertitur ad Altare. Si vero non sit dicendum, dicto *Dóminus vobiscum*, revertitur eodem modo per eamdem viam ad medium Altaris, stans versus ad illud, junctis ante pectus manibus dicit : *Benedicáns Dómino*. In Missis autem Defunctionum eodem modo stans versus Altare, dicit : *Requiescant in pace*.

2. In Quadragesima autem a Feria quarta Cinerum usque ad Feriam quartam majoris Hebd-

50* Ritus celebrandi Missam.

madæ in feriali Officio, postquam Celebrans dixit Orationes post Communioneum cum suis solitis conclusionibus, antequam dicat: *Dóminus vobiscum*, stans in eodem loco ante librum dicit: *Orémus. Humilitate cibita vestra Deo*, caput inclinans, et extensis manibus subiungit eadem voce *Orationem super populum* ibidem positam, qua finita, osculatur Altare, et vertens se ad populum dicit: *Dóminus vobiscum*, et alia ut supra.

3. In Missa solemni Diaconus deferit librum Missalis ad cornu Epistolæ, deinde vadit retro post Celebrantem. Subdiaconus vero vadit ad cornu Evangelii, ubi Calicem mundat, aptat cum purificatorio, Patena, et palla cooperit, plicat Corporale, reponit in bursam, et illam ponit super Calicem coopertum velo, quem collocat in Altari, vel super Credentia ut prius: postea redit ad locum suum retro post Diaconum; qui cum dicit: *Ite Missa est*, cum Celebrante vertit se ad populum: et in Quadragesima dicto per Celebrantem *Orémus*, Diaconus in cornu Epistolæ vertens se ad populum, juncit manibus dicit ut supra: *Humilitate etc. Quo dicto vertit se versus Altare a tergo Celebrantis, et Celebrans dicit Orationem super populum.*

XII. DE BENEDICTIONE IN FINE MISSÆ, ET
EVANGELIO S. JOANNIS.

1. **D**icto *Ite Missa est*, vel *Benedicamus Dómino*, ut supra, Celebrans ante medium Altarum stans juncit manibus super eo, et capite inclinato, dicit secreto: *Pláceat tibi, sancta Trinitas*, etc. Quo dicto, extensis manibus hinc inde super Altarum positis, ipsum in medio osculatur: tum erigens se, adhuc stans versus illum, elevat ad cælum oculos et manus, quas extendit, et junxit, caputque Crucis inclinans, dicit voce intelligibili: *Benedic vos omnipotens Deus*, et juncit manibus, ac demissis ad terram oculis, vertens se ad populum a sinistro latere ad dexterum, extensa manu dextera, junctisque digitis, et manu sinistra infra pectus positâ, semel benedicit populo dicens: *Pater, et Filius. + Et Spíritus sanctus. R. Amen;* et circulum perficiens accedit ad cornu Evangelii,

51* Ritus celebrandi Missam.

ubi dicto *Dóminus vobiscum*, et *R. Et cum sp̄itu tuo*, pollice dextero signans primum signo Crucis Altare, seu librum in principio Evangelii, deinde frontem, os, et pectus, dicit: *Intitum sancti Evangelii secundum Joannem*, vel: *Sequens sancti Evangelii*, ut dictum est in Rubricis generalibus, et *R. Glória tibi Dómine*, juncit manibus legit Evangelium: *In principio*, vel aliud ut convenit. Cum dicit: *Et Verbum caro factum est*, genuflexit versus cornu Evangelii, et surgens prosequitur ut prius: quo finito, minister stans a parte Epistolæ respondet: *Deo grátias.*

2. Si Celebrans in Altari vertit faciem ad populum, non vertit se, sed stans ut erat, benedic populo, ut supra in medio Altaris: deinde accedit ad cornu Evangelii, et dicit Evangelium sancti Joannis.

3. Si celebravit coram Summo Pontifice, Cardinali, et Legato Sedis Apostolicae, vel Patriarcha, Archiepiscopo, et Episcopo in Provincia, Civitate, vel Diocesis sua existente, Celebrans dicto *Pláceat tibi, sancta Trinitas* etc, dicit: *Benedic vos omnipotens Deus*, et convertens se ad Summum Pontificem genuflexus, ad Cardinalem vero, et Legatum, vel alium ex supradictis Praelatis, capite inclinato, quasi licentiam benedicendi petens, prosequitur: *Pater, et Filius. + Et Sp̄iritus sanctus*, benedicens adstantes a parte ubi non adest Pontifex, Cardinalis, Legatus aut Praelatus praedicti. Si autem celebravit coram Patriarcha, Archiepiscopo, et Episcopo, extra eorum Provinciam, Civitatem, vel Diocesim constitutis, eis absque alio respectu, ut ceteris, qui intersunt, more consueto benedic.

4. Si autem celebravit pro Defunctis, dicto *Pláceat, tibi sancta Trinitas*, ut supra, et osculato Altari, accedit ad cornu Evangelii, et dicit Evangelium S. Joannis, praetermissa benedictione, quæ in Missis Defunctorum non datur.

5. Finito Evangelio in fine Missæ, si celebravit coram Summo Pontifice, Cardinale, et Legato Sedis Apostolicae, vel Patriarcha, Archiepiscopo, et Episcopo, convertit se ad illum, coram quo ex

52* Ritus celebrandi Missam.

prædictis celebravit, et facit reverentiam convenientem. Si non celebravit coram aliquo prædicitorum, hujusmodi reverentiam prætermittit.

6. Quibus omnibus absolutis, extinguntur per ministrum candelæ : interim Sacerdos accipit sinistra Calicem, dexteram ponens super bursam, ne aliquid cadat, descendit ante infimum gradum Altaris : et ibi in medio vertens se ad illud, caput inclinat (vel, si in eo est tabernaculum sancissimi Sacramenti, genuflectit), et facta reverentia, accipit biretum a ministro, caput cooperit, ac præcedente eodem ministro, eo modo quo venerat, redit ad Sacristiam, interim dicens Antiphonam *Trium puerorum*, et Canticum *Benedicite*. Si vero sit dimisurus paramenta apud Altare, ubi celebravit, finito Evangelio prædicto, ibidem illis se exxit, et dicit Antiphonam *Trium puerorum*, cum Cantico, et aliis Orationibus, ut suo loco ponuntur.

7. In Missa solemini Celebrans eadem voce, et modo, quo in Missis privatis semel tantum benedic populo, nisi sit Episcopus, vel Abbas, ut infra, et dicto Evangelio secundum Joannem, vel alio ut supra, ministrante Subdiacono librū, si opus est, discedit cum ministris ordine et modo quo venerat.

8. Episcopus autem ter benedit populo, etiam in Missis privatis, ut in Ceremoniali habetur.

XIII. DE HIS QUÆ OMITTUNTUR IN MISSA PRO DEFUNCTIS

1. In Missa pro Defunctis ante Confessionem non dicuntur Psalmus *Judica me Deus*, sed pronuntiantur Antiphona *Introitio ad altare Dei*, et responso a ministro : *Ad Deum qui letificat etc.*, dicitur *Y. Adiutorium nostrum*, et *Confessio*, cum reliquis ut supra. Cum Celebrans ad Altare incipit *Introitum*, non signat se, sed manu dextera extensa, facit signum Crucis super librum, quasi aliquem benedicens. Non dicuntur : *Glória Patri*, sed post Psalmum repetitur : *Réquiem aeternam*, nec dicuntur *Glória in excelsis*, nec *Alleluia*, nec *Fide Dómine benedicere*, nec *Dóminus sit in corde meo* : nec oscularatur librum in

Ritus celebrandi Missam.

53*

fine. Non dicuntur *Credo*, non benedicatur aqua in Calicem fundenda : dicuntur tamen Oratio *Deus qui humana substantia etc.* Cum lavat manus, in fini Psalmi *Laudib[us] inter innocentias*, non dicitur *Glória Patri*. Ad *Agnus Dei* non dicitur : *Misericordia nostra*, cuius loco dicitur : *dona eis réquiem*; nec tertio : *dona nobis pacem*, cuius loco dicitur : *dona eis réquiem sempiternam* : neque percurret pectus. Non dicuntur prima Oratio ante Communione, scilicet : *Dómine Iesu Christe, qui dixisti Apóstoli tuis etc.*, nec datur pax. In fine non dicitur *Ite Missa est*, nec *Benedicáns Dómino*, sed *Requiescant in pace*. Et non datur benedictio : sed dicto *Placat*, et osculato Altari dicitur, ut supra : *In principio erat Verbum*, etc. Alia omnia ut in aliis Missis.

2. In Missa solemni non incensatur Altare ad Introitum, et Subdiaconus finita Epistola non oscularatur manum Celebrantis, nec benedicatur : Diaconus non petit benedictionem, nec oscularatur Celebrantis manum : non tenetur lumina ad Evangelium, nec portatur incensum, sed duo tantum Acolythi sine candelabris stant unus a dextris et alter a sinistris Subdiaconi tenentes librum Evangeliorum. Non incensatur liber, nec in fine Celebrans; nec defertur liber Evangeliorum osculandus. Oblata et Altare incensantur ut supra : incensatur solus Celebrans; et non incensantur alii. Subdiaconus non tenet Patenam post Celebrantem : sed tempore Elevationis Sacramenti genuflexus in cornu Epistole illud incensat. Ministri cum aliquid porrigitur Celebranti, in hac Missa non oscularuntur ejus manum, neque rem, quæ porrigitur.

3. Si distribuendas sunt candelæ, distribuantur post Epistolam, et accendantur ad Evangelium, ad Elevationem Sacramenti, et post Missam dum fit Absolutio. Si habendum est Sermo, habeatur finita Missa ante Absolutionem.

4. Finita Missa, si facienda est Absolutio, Celebrans retrahit se ad cornu Epistolæ, ubi exiuit Casula, et deposito Manipulo, accipit Pluviale nigrum. Subdiaconus mediis inter duos Acolythos cum candelabris accensis defert Crucem, sicut in

54* Ritus celebrandi Missam.

Processibus, præcedentibus duobus aliis Acolythis, uno cum thuribulo et navicula incensi, alio cum vase aquæ benedictæ et aspersorio : sequitur Celebrans, facta prius Altari reverentia, et Diaconus a sinistra ejus. Subdiaconus cum Crucis sit ad pedes tumuli, seu lecticæ mortuorum contra Altare, medius inter dictos Acolythos tenentes luminaria : Celebrans vero ex alia parte in capite loci inter Altare et tumulum, aliquantulum versus cornu Epistola, ita ut Crucem Subdiaconi respiciat : a sinistra ejus Diaconus, et prope eum alii duo Acolythi differentes thuribulum, et vas aquæ benedictæ. Interim cantatur **X.** *Liberâ me Dómine* et circa illius finem Celebrans ponit incensum in thuribulum, benedicens illud more solito, ministrante Diacono naviculam : et finito *Kyrie eléison*, incipit intelligibili voce : *Pater noster*, et secreto prosequendo reliqua, accipit aspersorium de manu Diaconi, et facta Altari reverentia, comitate eodem Diacono a dexteris, et tenente fimbriam anteriorem Pluvialis, circuiens tumulum, aspergit illum aqua benedicta, ter a parte dextera, et ter a sinistra. Cum transit ante Crucem, profunde se inclinat, Diaconus vero genuflectit; postea de manu ejusdem Diaconi accipit thuribulum, et eodem modo quo asperserat, incensat. Et rediens ad pristinum locum, Diacono tenente librum, juncitis manibus dicit :

- V.** *Et ne nos inducas in temptationem.*
- V.** *Sed libera nos a malo.*
- V.** *A porta inferi.*
- V.** *Eruje Dómine animam ejus.*
- V.** *Requiescat in pace.*
- V.** *Amen.*
- V.** *Dómine exaudi orationem meam.*
- V.** *Et clamor meus ad te véniat.*
- V.** *Dóminus vobiscum.*
- V.** *Et cum Spíitu tuo.*

Orémus.

Hoslve quæsumus Dómine animam famuli tui N. ab omni vinculo delictorum : ut in resurrectionis gloria, inter sanctos et electos tuos resuscitatus respire. Per Christum Dóminum nostrum. **V.** *Amen.*

Defectus in celebratione Missarum. 55*

Deinde Celebrans faciens Crucem manu dextra super tumulum, dicit :

V. *Réquiem aeternam dona ei Dómine.*

V. *Et lux perpetua luceat ei.*

Et dicto per Cantores *Réquiescat in pace*, et **V.** *Amen*, præcedente Cruce reddit cum aliis ad Sacramentum.

Si Officium fit pro pluribus Defunctis, omnia dicantur in numero plurali.

De Defectibus in celebratione

Missarum occurrentibus.



Acerdos celebraturus omnem adhibeat diligentiam, ne desit aliiquid ex requisitis ad Sacramentum Eucharistiae conficiendum. Potest autem defectus contingere ex parte materiae consecrandæ, et ex parte formæ adhibendæ, et ex parte ministri conficiens. Quidquid enim horum deficit, scilicet materia debita, forma cum intentione, et Ordo sacerdotalis in conficiente, non conficitur Sacramentum. Et his existentibus, qui buscumque aliis deficientibus, veritas adest Sacramenti. Alii vero sunt defectus, qui in Missæ celebratione occurrentes, et si veritatem Sacramenti non impediunt, possunt tamen aut cum peccato, aut cum scandalo contingere.

II. DE DEFECTIBUS MATERIAE.

Defectus ex parte materiae possunt continere, si aliiquid desit ex iis, que ad ipsam requirantur. Requirunt enim ut sit panis triticæ, et vinum de vite : et ut hujusmodi materia consecrandæ, in actu consecrationis sit coram Sacerdote.

007193